

TAB. ANATOM. EUSTACHII

TABULA XXVII.

*Ostendit varias distributiones, complexiones, & inosculationes sanguineorum, non in abdomine ac thorace solum, sed in artubus quoque.*

Figura I. exhibetur truncus venae cavae inferioris cum ramis venae portae per jecur distributis. Vena cava immediatè sub diaphragmate abscissa 2. 12. Ejusdem alterum segmentum supra renes 12. 13. Majores venae portae rami substantiam hepatis penetrantes 13. ½ 12. Duo arteriarum ramusculi ex caeliaca in idem jecur distributi 12. 11. Vena umbilicalis ad ostium jecoris dissecta 11. 14. ½, quae cum ramis venae portae facto semicirculo 8. ½ 12. inoscatur.

Figura II & IV. sub aspectu ponit complexum arteriae caeliacae, & venae portae, quae per mesenterium, & mesocolon usque ad podicem variè divaricantur: quae quidem Figurae prae admiratione me suspensum tenent, quum in iis ad veritatis modulum videam vasa semicirculares convolutiones efformare, quas nullus alius, tametsi recentissimus Anatomicus, adeo affabrè delineavit. Has verò circumvolutiones, ut ad facilem liquidorum circulum in arborum foliis natura paravit; ita in animalium corporibus non neglexit, ubi sanguis prae multitudine venarum de sua velocitate ad maximos usus, sed potissimum ad bilis secretionem in portae ramis non parum debuerat remittere, sed è contrario periculum imminebat, ne nimiam moram intra abdomen pateretur.

La PLANCHE 27

*montre les divisions, réseaux et abouchements variés des vaisseaux sanguins non seulement dans le ventre et dans le thorax, mais aussi dans les membres.*

La figure 1 présente le tronc de la veine cave inférieure associée aux branches de la veine porte, branches qui se répartissent à travers le foie; la veine cave coupée immédiatement sous le diaphragme (2.12); une autre portion de cette même veine coupée au-dessus des reins; les branches majeures de la veine porte pénétrant dans la substance du foie; deux petites branches artérielles issues de l'artère cœliaque réparties dans ce même foie (12.11); la veine ombilicale, coupée au niveau de l'entrée du foie (11.14½), qui s'abouche aux branches de la veine porte après avoir fait un demi-cercle (8½.12).

Les figures II et IV offrent au regard l'imbrication de l'artère cœliaque et de la veine porte, qui se ramifient en se déployant à travers le mésentère et le mésocolon jusqu'à l'anus: ces figures évidemment me tiennent en admiration puisque j'y vois, conformément à la réalité, des vaisseaux former des circonvolutions semi-circulaires qu'aucun autre anatomiste, même moderne, n'a dessinées avec un si grand art. Quant à ces circonvolutions, de même que la nature en a fourni aux feuilles des arbres pour y faciliter la circulation des fluides, de même ne les a-t-elle pas omises dans les corps des êtres vivants où, en raison du grand nombre de veines, il fallait que le sang perde suffisamment de sa vitesse, pour être le plus largement utilisé, tout particulièrement pour la sécrétion de la bile dans les branches de la veine porte, mais où, à l'inverse, il courait le risque de subir un retard excessif dans l'abdomen.

TAB. ANATOM. EUSTACHII

Duae autem eae Figurae parum inter se diversae videntur : nam discrepant solum quòd Figura II majori vasorum numero ditetur, quàm IV ; itaque si secundam descripserimus, quartam pariter illustratam habebimus. Ostenditur vena portae intra viscus secta, ubi tres insignes ramos in cavam jecoris partem dispensat 3.41. ; duo ramusculi arteriae caeliacae in hepar ascendentes 4. ½ 43. ; totidem rami majores venae portae infra jecur 6.41. & 6.43., ramis arteriae caeliacae associati, & per abdominis viscera quaquaversum distributi ; factoque initio à superioribus, qui ad sinistrum, quod appellant, superius ventriculi orificium, exporrecti, illud untrinque amplexantur 4.45 & 4.55. Occurrunt vasa dicta brevia 8. ½ 53., quae in venam splenicam 8. 50. exonerantur ; gastro-epiploica, quae semicirculum effingit 15. 45. : in quam notetur ab interna regione vascula a ventriculi fundo sanguinem regerere, ut ab externa facie, quae ex omento sanguinem referunt. Ea verò, quae inferiùs circumvoluta cernuntur sunt vasa mesenterico-intestinalia 17.35. & 17.55. & 21.37 & 21.51. Vasa denique haemorrhoidalia interna 28.45. Haec tamen per dissectionem in puerulis administratam clariùs, quam in adultis patefieri docuit Autor antigram. 8. de Vena sine pari pag. 281.

Cependant, ces deux figures semblent peu différentes entre elles : de fait, elles diffèrent seulement en ce que la figure II est enrichie par un plus grand nombre de vaisseaux que la IV ; c'est pourquoi, si nous décrivons la deuxième, nous mettrons en même temps la quatrième en lumière. Sont montrées la veine porte coupée à l'intérieur des viscères, là où elle se partage en trois branches remarquables dans la partie creuse du foie (3.41) ; deux petites branches de l'artère coeliaque montant jusqu'au foie (4½.43) ; autant de grandes branches de la veine porte situées au-dessous du foie (6.41) et (6.43) associées aux branches de l'artère coeliaque et réparties de tous côtés à travers les viscères de l'abdomen, en commençant par les branches supérieures qui, une fois déployées sur la gauche, embrassent des deux côtés ce qu'on appelle l'orifice supérieur du ventricule [estomac] de (4.45) à (4.55). Sont présents les vaisseaux dits courts (8½.53), qui se déversent dans la veine splénique (8.50) ; la veine gastro-épiploïque qui forme un demi-cercle ; on peut d'ailleurs remarquer, sur sa partie interne que les petits vaisseaux emmènent le sang depuis le fond du ventricule, comme ceux qui, sur sa partie externe, ramènent le sang depuis l'omentum. Quant à ceux qu'on distingue enroulés plus bas, ce sont les vaisseaux mésentérico-intestinaux (17.35), (17.55), (21.37) et (21.51). Enfin les vaisseaux sanguins hémorroïdaux internes (28.45). Toutefois dans son traité *Sur la Veine Azygos* (antigramma 8, page 281), l'auteur a montré que ces vaisseaux sont plus clairement observables lorsque la dissection est pratiquée sur des enfants plutôt que sur des adultes.

(Traduit par Emma Bessouat, Netih Demba, Malo Gatuingt, Jade Giraud, Intza Labarrière, Mellie Lafitte, Gabin Prévôt, Rozenn Prigent, Pierre Vilela, latinistes de Tale du Lycée Tazieff de Saint Paul-lès-Dax, Prof. L. Auffret)